Dies Nuptialis
CLARISSIMI ac DOCTISSIMI
VIRI,
DN. M. SAMUELIS
SCHELGVIGII,
Gymnasii Thor. Profes. & ConR.
dignissimi:
Ut &
VIRGINIS CASTISSIMÆ
ANNÆ REGINÆ
WEISSIÆ,
niveô signatus lapillô
ELBINGÆ
á
FRIDERICO HOFFMANNO,
Gymn. ibid. Rectore.

A. C. M. DC. LXX.
V. NON. SEPT.

THORUNII
Imprimebat JOHANNES COEPSELIUS,
GYMNASII TYPOGRAPHUS.

I.

PROPOSITIO.

PRisca NUCES sparsit sociali Luce
Vetustas:
Pro NUCE festivos spargere malo
SALES.

II.

PROFESSIONIS & CONJUGII COPULA.

Qvà Thorunenses labens lavat Istula
muros,
Pieriâ clarus luce Professor agis.
Munus id est Phœbi, cujus splendori-
bus auctus
Insigni Clariũ spargis in Urbe jubar.
Nectitur Aöniæ nova jam Provincia
Spartæ,
Cypria qvam Sponsum Diva subi-
re jubet.

Gymna-

Gymnaſium duplex igitur cum laudibus ornes:
GYMNASIUM PINDI; GYMNASIUMq; PAPHI.

III.

RARA AVIS.

Sæpius in bifido vidiſti Monte Camænas:
Una qvidem VIRIDIS viſa THALIA fuit;
ALBA ſed in toto non vertice Nympha reluxit:
Tam color eſt rarum CANDIDUS Orbe decus!
Qvod Fons Pegaſius negat; id Tibi Viſtula confert:
Prodit in amplexum WEISSIA Virgo Tuum.

IV.

SPONSVS ANCEPS.

Vidit amica Cypris, dubiô Te pectore ferri,
Qvi CALCULUM lôcares.

Dixit;

Dixit: an addubitas? En Virgo WEISSIA: ponas
Hic CANDIDOS LAPILLOS.

V.
ARCANVM ETYMOLOGICVM.

Sic est: Professor hactenus
Inclaruisti GYMNASI:
Sed GYMNASI, non GYMNASI.
Sic est: Professor postmodum
Es & futurus GYMNASI:
Sed GYMNASI, non GYMNASI.

VI.
VOTVM SERIVM.

Desine, Come, sales: Verô jam Carmine TÆDAM,
Cujus Te nunqvam TÆDEAT, opto Tibi.